



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

304. An ex vi Regulæ sit prohibitu[m] sub peccato mortali Fratribus
Minoribus in biga, vel quadriga ambulare? Et an ex vi prædictæ Regulæ sit
prohibitum Minoribus super humeros tamen homintum, (ut ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

RESOL. CCCIV.

An ex vi Regula sit prohibitum sub peccato mortali Fratribus Minoribus in biga, vel quadriga ambulare? Et an ex vi predicta Regula sit prohibitum Minoribus super humeros tamquam hominum, ut apud Indos, vel lectica aut ferculo ab hominibus gestari, ut sapissime sit Neapolis?

Et an sit culpa mortalis si aliquis ex Fratribus Minoribus iret in currus à bobus tracto?

Et notatur quod non est laudabile ex Fratribus Minoribus eligere Prelatum, qui actualiter, & ante Officium equitatu indiget; attamen si in medio Prelature equitare indiget, non tenetur ex vi Regula dimittere officium, ne equo vti cogeretur.

Ex quo infertur non teneri ad ieiunandum, qui fatigatus ea voluntario, imo damnabiliter exercitio vel itinere ieiunare non possit.

Et an vero Fratres Minores equitare peccent tantum venialiter ratione parvitas materia?

Et an si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v.g. equitet, vel quadriget medium milliare & post paucos dies aliud medium milliare, &c. an ista pars materia posse inter se variatur, ita ut constituant quantitatem notabilem ad incurriendum peccatum mortale; & scilicet si cum magno interno tempore equitent multities medium milliare?

Et adducitur quod vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuriis dispositio, & quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensio, sed comprehensio. Ex p. 10. t. 11. & Misc. 1. Ref. 27.

S. Vppono, quod in Regula S. Francisci sic habetur: *Et non debant equitare nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. Queritur ex his verbis, an sit Fratribus Minoribus prohibitum bigare, vel quadrigare? Et negatur, & sceluso scandalo, responde Petrus Marchant, eisdem Ordinis i.e. Exposit. Regula S. Francisci c. 3. textu 4. q. 2. quia bigare, & quadrigare non nisi valde impropri nomine equitationis intelligi possunt; Regula autem simpliciter intelligenda est, prout communis sensus sonat. Nec valet quod qui equis trahitur, equo vehi dici possit; sic enim nec nauis velini licet, vbi nauis ab equis traheretur ut in fluminibus communiter fieri solet. Subdit tamen Marchant, quod bigatio, quadrigatio ex aliis titulis prohibetur Fratribus Minoribus extra casum necessitatis, vel infirmitatis. Primo, ex ratione sumptuum, pro quibus esset ad amicos spirituales pro pecunia recurrentum. Secundo, ob scandalum, vel periculum scandalis, & excessum grauem contra humilitatem & vilitatem pauperum status Fratrum Minorum, & contra intentionem Patri nostri Francisci supra allegatam. Ita Marchant. Ergo si quis per ciuitatem non pompatice, sed modestè ex Fratribus Minoribus in curru ambularet cum cortinis clausis; non peccaret mortaliter, secundum Marchant. Et ita necum Romæ in curru ambulasset duos Fratres Minores, viros sati pios, & doctos, testor, & cum aliis idem eos fecisse, vidi. Itaque, praecela ratione recursus, sive sumptuum, & materia scandali, non videtur Frater Minor peccare, vbi ex causa rationabili, eti non necessaria, veteret biga vel quadriga. Ratio est; quia ex vi verborum Regula simpliciter non tenetur, & quamvis intentio Sancti Patris fuerit (ut antiqui Expositores dicunt) quod, quantum fieri potest, Fratres sui pdites cum Christo ambolare; istam tamen suam intentionem, quantum ad bigationem si b. precepio non proposuit. sed sub perfectionis gradibus potius reliquit; modo in paupertatis exemplaritate, cum periculo scandalis, non fiat*

excessus; & contra paupertatem in sumptibus extraangustis statim non fiat recursus.

2. Sed ego, ut verum fatear, magis affirmativa sententia adhaereo, quam tuetur nouissime doctus Pater Leandrus à Murcia, Capuccinus, in LQ. Regul. ad c. 3. Regula c. 3. n. 2. vbi sic ait: *Por ir a caballo, segn S. Bonaventura, y Hugo, se entienda no solo el ir en qualquier caualgadura, sino el ir en carro, coche, literas o otras cosas semejantes, como lo declaran las constituciones del Faverino, y Martino Quinto, y Lucas de los Expositores; y assi como dice el P. Norero, c. 3. q. 5. es improbable la opinion del P. Marchant que en siencia, que no obliga este precepto à no ir en carro o coche fundado en que la palabra, equitare, rigoresamente solo significa ir en caballo, y no en coche o carro. Por este fundamento os muy lese porque el idioma Latín, no tiene otro vocablo para significar el no ir a pie, y una uia de inventar el Santo otras nuevas palabras en el dicho idioma ya en el nuestro Castellano si dice, que uno vía a cauallo aunque vaya en mula, coche, o carro. Ita ille. Et quidem vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuriis dispositio leg. Illud ff. Ad leg. Aquil. leg. Si postulaverit §. 2. ff. Ad leg. Ind. de Adulter. leg. Quadam Nummulario ff. de edendo. leg. nauta. §. fin ff. Naut. re. Camp. leg. à Tito. ff. de furtis. leg. Illud. Cod. de Sacro. Ecles. §. si fugit Institut. quod cum eo. Gloss. Verbo Italia in c. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Menochius cors. 3. 1. & consil. 3. 3. n. 3. 2. & 3. 3. consil. 3. 3. n. 10. & consil. 3. 4. n. 1. 2. & consil. 2. 3. 2. n. 4. 3. Surdus. c. 3. 1. 1. 9. & decif. 5. 2. m. 10. Vgolinius, de Offic. & patr. Episcopis. c. 1. 3. §. 2. 7. n. 1. vers. Quid igitur & c. 4. 9. 4. n. 2. Cardin. Tuclus pract. Conclns. tom. 6. lit. R. consil. 3. 1. per totam Alexander Trentacinguus varia ref. 1. 2. de statutis refol. 1. sub. n. 2. vers. prim. Farmacis Pract. citrin. p. 1. lit. E. n. 5. 1. cum seqq. Calaf. Angel. de Contradiet. legit. q. 10. n. 11. 15. Marius Antoninus var. refol. 1. 3. refol. 3. 9. n. 1. Perez de Lara de Cella. 1. c. 5. n. 2. Rebel. de obligat. Instit. p. 1. l. 1. 9. 6. ff. 4. n. 20. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopos p. 2. n. 6. Octavius Glorius resp. 5. n. 8. 5. Sed in calu nostro eadem ratio militaret, eti Fratres Minores bigarent, vel quadrigarent, as si equitarent ergo, &c.*

3. Confirmatur supradicta sententia ex alia regula iuriis: quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem Lex, non extenuè, sed comprehensivè ex leg. Hisp. vers. Saris etiam cau. è putamus. Cod. de recendit donat. d. leg. Illud. Cod. de Sacro. Ecles. leg. Ité venit. §. Alii Senatus ff. de petit. hered. Tiraquellus in leg. unquam verbo Libertis. n. 45. & 46. Rebus. ad leg. in lege cenforia 20. 3. vers. Itemque de fernis. ver. Collig. ff. de verbor. significat. pag. mbi. 6. 47. Surdus deit. 1. 6. 8. Gutiérrez pract. 1. 3. 9. 17. & 8. 4. cum seqq. Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. 8. 4. proem. n. 10. 5. Sed an opinio negativa Marchant, si improbabilis, vt vult Leanders, non est meum definire; iudicent viri docti eisdem Religionis, quibus ipsa maxime abundat.

4. Verum, stando in sententia Leandri puto cum Marchant, & aliis, posse Fratres Minores equitare, & ambulare, vel quadrigare in tribus casibus. Primo, ratione prolixii itineris, quod videlicet à pedestri non nullum summa incommodeitate, vel cum periculo probabiliter infirmitatis tempore debite perfici nequit. Secundo, ratione impediti itineris; quod à pedestri transiti non potest, vt propter propter aquas, lutum, niues, &c. Tertio, ratione negoti urgentis, quod premitt. & breui tempore peragi debet; ita vt quis, vel non potest pedestri loco adesse, vel non nisi graui detrimento, & magna incertitudine. Ita communiter Expositores cum S. Bonaventura. Semper tamen præcipue intendat causa legitima, q. in huiusmodi necessitatibus inducit. Vnde, si quis pro sola animi voluptate, & recreatione, aut ex mera libertate se committat itineri, hoc

scens, aut scire debens, se iter illud sine equitatione perficere non posse: huius sicut necessitas non suffragatur; sic nec licentia haec equitandi.

5. Nota, quod post haec scripta inueni Sancto-
rium in Confit. Minorum, cap. 3. stat. 23. docere, non
esse ex vi Regulae prohibitum Minoribus super hu-
meros ramen hominum, ut apud Indos, vel lectica,
aut scutulo ab hominibus gestari, ut fit Neapolitane
fassilim. Quatenus enim gestationem concernit, pra-
cilio pretio, vel superbicia, vel scandalo, contra Re-
gulam esse non censer, quia loquendi modus hoc
genus vecctionis, equitationem non appellat. Nec
adiosum praeceptum, quod de iure non pertinet;
extendere debemus. Idem etiam Sanctorius docet
abesse culpam mortalem, si aliquis ex Fratribus Mi-
noribus ierit in curru a bobus tracto; quia currus ri-
gorose non est equitatio, etiam secundam commu-
nem loquendi formulam sumpus. Et Sanctus Bo-
naventura in citatis verbis, non ait bigare, & qua-
digare esse contra Regularum ex vi huius praecepti,
sed inquit, *Neque bigare, ne quadrigare, quia mao-
ris sunt sumptu.* Cui & ipse subscrivo; nam vbi ex-
pendenda sit pecunia; nobis non licet. At si gratis
debet, rationem in contrarium non video. Tum quia
honorablem non est, sed risu dignum, si Frater
Minor currat, quo ligna, vel paleae comportantur,
vehatur, cum ab omnibus ciuilibus tales currus
non inveniatur. Tum quia nullum est pretium; Tum
quia nobis non prohibetur quomodo ab alio ve-
hi; nam non Nati possimus; sed solum equitando ad
excludendam superbiam, expensaque; ut declaravit
Iulius II. citatus dicens: *Cum intentio Sancti Francisci
fusse crederat, potius pompa; quam equitandi neces-
sarem, & virilitatem excludere. Hec Sanctorius;*
qua videtur facere pro opinione Marchiant, si bene
perpendantur.

6. Et tandem nota hic obiter, quod ex Fratribus Minoribus eligi in Praelatum, qui actualiter, & ante Officium equitatu indigeret, non laudo; at-
tamen si in medio Praelatura equitare indigeret,
non teneretur ex vi Regulari dimittere Officium, ne
equo uti cogeretur. Et idem docent plures Autho-
ritates, non teneri ad ieiunium, qui fatigatos ex vo-
luntario, immo dannabilis exercitio, vel itinere,
ieiunare non posset: quia talis labor praesens vere
ieiunio excusat; licet peccaminosa, & voluntaria
sit laboris occasio. Ita senserunt Filliucius, tom. 2.
tractat. 27. part. 2. cap. 6. numer. 123. Villalobos,
tom. 1. tractat. 23. difficil. 4. num. 11. Ledesma in
Sum. tom. 2. tractat. 27. concl. 6. cap. 2. difficil. 5. Me-
dina in Sum. libr. 1. cap. 14. §. 10. Et de voluntaria
hoc in peregrinatione excusante à ieiunio, affirmant Sylvius
in 2. 2. D. Thoma, quest. 147. art. 4. Fernandez in
Ex. Theol. Mor. par. 2. cap. 8. §. 2. numer. 11. San-
ctus in Seletis, disput. 5. 4. numer. 2. Ortiz in Sum. cap.
19. num. 12.

7. An vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter, ratione parvitate materiae? In-
quirit Leandrus vbi supra? Et affirmativè respon-
det; putans medium milliare esse parvitatem ma-
teriae, ut non constituerit peccatum mortale, quod
ego etiam approbo. Sed ex hoc oritur pulchrum
dubium, quod Leandrus non tangit. An si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel
quadrigat medium milliare, & post paucos dies
aliud medium milliare, an ita parvæ materie po-
stea inter se vniuant, ita ut constituant quantita-
tem notabilem ad inducendum peccatum mortale?
Et videatur negatiue respondendum, quia, si
quis verbi gratia, omittaret vna die vnum Pfal-
mum in recitatione Officij, & altera die aliud,

& sic deinceps; non peccaret mortaliter: sic etiam,
si quis in Quadragesima fumeret vna die quanti-
tatem cibi, qui non attingeret vnam vaciam, &
alia die hoc etiam efficeret; hic non peccaret
mortaliter, nec frangeret ieiunium. Item si quis,
obligatus dicere singulis diebus Rosarium, si re-
linqueret vnum Ave Maria, & sic continuè fa-
ceret; non frangeret vnon. Et ratio horum est;
qua illæ parvæ materia non vniuntur, ita ut con-
stituant quantitatem notabilem mortaliter pecca-
minosam. Ergo & in casu nostro, illæ parvæ equi-
tationes, vel quadrigationes videntur non coale-
scere in vnam: ita vt postea, si ad quantitatem no-
tabilem perueniant; inducent culpam lethalem.
Sed his non obstantibus, contrarium dicendum
videtur; quia illæ parvæ materia in exemplis al-
lati, versantur circa præcepta affixa diebus; &
ideò illis transactis, non possunt vnitæ mortaliter
ad constituendam quantitatem notabilem. Et idem
si quis singulis Festis per quadrangulum laboraret,
non peccaret mortaliter, quia sicut Festa diuersa
sunt, ita & labores sunt diuersi, neque vnum cum
alio continuatur, sed hoc non accidit in casu no-
stro, quia præceptum non equitandi datur in Re-
gula absolute pro omni, & quocumque tempo-
re; & idem parvæ materia in eius transgressione
mortaliter coalescere possunt in vnum, & con-
stituere quantitatem notabilem mortaliter pecca-
minosam, quando ad illam perueniuntur: sicuti ac-
cidit in parvæ materia circa transgressionem tem-
perantia, & quoad fortæ parua circa transgres-
sionem iustitiae. Itaque peccata venialia, quæ ex
parvitate materie talia sunt in ordine ad aliquem
tertium, seu obiectum, vniuntur: & ita acre-
scunt eorum malitia ex multiplicatione, vt pecca-
tum, quod alias veniale fore, mortale sat ob
peccata venialia, quæ iam facta supponit. Verum,
si dictæ parvæ equitationes Fratrum Minorum ef-
ficierentur cum magno intervallo temporis inter
ipsas; non videntur coalescere, & vniuntur ad con-
stituendum peccatum mortale: sicuti plures gra-
ves Doctores à me alibi adducti sentiunt de furtis
parvius; quia si magnum interquallum inter vnum
& alterum furtum accidit; potuit ea non coalesce-
re in vnum ad constituendam quantitatem notabi-
lem peccati mortalis. Sed hæc omnia dicta esse vo-
lo, salvo meliori iudicio Doctissimum Patrum
Minorum, & Patrum Capuccinorum; nam omnia
dicta in hac Resolutione procedunt etiam quoad
iplos;

RESOL. CCCV.

An Decretum Cardinalium editum contra Religiosos
accidentes ad colloquendum cum Monialibus obligat
ad peccatum mortale? Ex parte 1. tractat. 16. Re-
solut. 21.

§. 1. **V**bi tale Decretum est in vnu, obligare ad
peccatum mortale, docet noster Duard, in
Bull. Cen. libr. 3. §. 8. question. 2. numer. 45. Bonaci-
na tractat, de clausura, question. 3. pnt. 4. numer. 4.
Peirinus in priuileg. Minorum. tom. 2. const. 6. Py V.
§. 10. numer. 36. & Salas in part. 2. disput. 15. scft.
1. concl. 2. numer. 16 vbi ait: [Decretum Car-
dinale, editum contra Religiosos accidentes
ad Monasteria Monialium, vbi est in vnu obli-
gat ad mortale; quia ponit penam privatio-
nis officij, vocisque actiue & passiue] Sed
non deficere contrarium probabiliter sen-
tientes:

Sup. hoc in
tribus Refol.
seqq & infra
in Ref. 314.
breuerit in
fine, & supra
in Ref. 172.
prope finem,
veri Ad ex-
emplum & in
tom. 6. tr. 1.
ex doctrinâ.